



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena**

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

XXXV. Quaeritur, quid senserit de Angelis remunerationum & poenarum  
administris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

73, & Ieremiam 1. 5, id ita solvit, conditos quidem illos à Deo, sed Angelorum ministe- A  
rio & ope; quemadmodum Lex dicitur ordinata per Angelos, licet auctorem Deum ha-  
beat. Hanc quoque obducit responfionem; quos sibi Deus peculiariter destinavit, Iobum  
puta, Davidem, & Ieremiam, à Deo ipfo fuiffe factos; reliquos vero ab iis Angelis qui-  
bus forte obtigerunt. Quo referri iubet illud Gen. 1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem &*  
*similitudinem nostram*; & illud Genef. 11. 7. *Venite, descendamus, & confundamus ibi linguam eo-*  
*rum*; Deo nempe sic Angelos hominibus tuendis praefectos alloquente. Tomo vero 19.  
in Iohann. pag. 276, ex hoc Lucae: *Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te*, hominum  
omnium animas à *φωταγωγοίς* quibusdam, qui animis ipsis praestantiores sunt, aslumit tra-  
dit, atque huius *φωταγωγίας* immunem fuisse solum Christum Iesum, cui reliqui omnes B  
etiam Patriarchae, Prophetae, & Apostoli fuere obnoxij. Assumptas autem ab Angelis cus-  
todiae illarum, dum in corpore essent, deputatis animas, in iudicium ab illis ipsis eductum  
iri scribit Homil. in Num. 11. & 21. Nec in iudicium solum, sed in supplicis etiam, vel  
gloriae destinatum locum. *Mortuus est*, inquit Homil. 9. in Levit. *Lazarus, & adductus est ab*  
*Angelis in sinum Abrahae. Similiter autem & dicitur, & adductus est ad Infernum in locum tormenti.*  
*Animadvertis evidenter loca sortis utriusque distincta. Vide etiam qui sunt qui adducant: Angeli, in-*  
*quit, qui semper parati sunt ad adducendum: ministri enim Dei sunt ad hoc ipsum destinati, qui im-*  
*pleant sortem quam tibi ipse paraveris.* Homil. 5. in Num. sanctos ab Angelis post mortem ma-  
nibus & humeris vehi demonstrat, donec in quietis locum deducti sint. Quod significari  
ait illo Davidis Psalm. 90. 11, 12. *Quoniam Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omni-*  
*buss vis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Ex eo autem Pau- C  
li, 1. Thesl. 4. 17. *Deinde nos qui vivimus, qui relinquamur, simul rapiemur cum illis in nubibus ob-*  
*viam Domino in aëra, & sic semper cum Domino erimus*, probat raptum iri ab Angelis eos qui  
vitiis purgati leviores evaserunt; portatum vero iri reliquos, qui peccatorum reliquiis sunt  
onusti. Et Homilia demum 11. in Num. iam supra laudata, Angelos post hanc vitam futu-  
ros eorum Principes decernit, quibus dum in vivis essent, iam ante praefuerant, quosque  
studio suo ac labore ad Christum converterant.

Ex Platonis autem fontibus ea fere hausta sunt. Sic enim ille in Phaedone: *λίγη) ἡ σφ-*  
*πικ, ὡς ἀπὸ πλοῦσις τὰ ἔχοντες ἕκαστοι δαίμων, ὁμοίω ζῶντα εἰληχί, σὺ δὲ ἀγχι ἐπιχίει εἰς δὴ πνα*  
*τό τον, οἱ δὲ τὴν πλοῦσις ἕως ἀπὸ πλοῦσις εἰς ἀπὸ πλοῦσις, μὴ ἴσχυοντες εὐνοῖν, ἀλλὰ σπαστὰν)*  
*αἰε εἰς δὴ δὲ δαίμονα πρὸς σου.* Sic autem fertur mortuum unumquemque, Daemonem illum qui viventem D  
fortitus fuerat, deducere nonari in quemdam locum, ubi operiet congregatos omnes causa dicta ad Infe-  
ros proficisci cum dace illo, cui mandatum est eos qui illinc abierant, illuc deducere. Quod aliis deinde  
libri ejusdem locis repetit; & post illum Plotinus Enn. 3. libr. 4. cap. 6. *ὁ μὲν οὖν δαίμων*  
*σὺ δὲ ὄν ληροῦν, ἀγαθὸν λίγη) εἰς ἀπὸ πλοῦσις. σὺ δὲ τὴν ὁ ὡς πρὸς, ἰαὶ μὴ τὰ ὡς τὰ ληρὴ) πάλιν, αἰε δὲ τὰ*  
*πρὸς τὸ δὴ ἀγαθὸν εἰς ἀπὸ πλοῦσις.* Daemon ergo ille quem dicimus, deducere fertur ad inferos, non amplius  
idem permanere, nisi eadem tussum eligat. Antea vero quomodo? adducere nimirum ad iudicium. Au-  
gustinus libr. 12. De Civ. Dei, cap. 24. Illi autem, inquit, qui Platoni suo credunt, non ab  
illo summo Deo qui fabricatus est mundum, sed ab alijs minoribus, quos quidem ipse creaverit, permiffa  
seve jussu ejus animalia facta esse cuncta mortalia, in quibus homo praecipuum, Visque ipsis cognatum  
teneret locum. Et deinde: *Angeli autem, quos illi Deos libentius appellant, etiam si adhibent vel in si,* E  
vel permiffi operationem suam rebus quae gignuntur in mundo, tamen tam non eos dicimus creatores ani-  
malium, quam nec agricolas frugum atque arborum.

Illi quidem Origeni ex Ethnicis praeluferunt: ex Christianis vero praelusit Clemens Ale-  
xandrinus, qui animam in muliebrem uterum immitit dicit, *καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν ἐφεστάντων*  
*ὀργάνων* & Angelos *ἐκ τῶν τοῦ τῆ ἀπὸ πλοῦσις* commemorat. Et vero posterior illa de Angelorum  
humanas animas in suas sedes reponentium ministerio sententia Ecclesia Catholica pla-  
citis consona est. Priorem autem, quae animarum rationis curam Angelis adscribit, quae-  
que Tomi 13. in Iohann. loco à nobis supra allato continetur, sic ipse Origenes excusat:  
*ταῦτα δὲ οὐκ ἀποφασίζονται ληροῦν, ἀλλὰ ἡ δὲ εὐνοῖν τὰ πλοῦσις ἀπὸ πλοῦσις, ἢ ἀπὸ πλοῦσις πρὸς σου οὐκ ἔστι*  
*ἐχρη, ἢ ἐπὸς.* F

XXXV. Pratermitti poterat quaestio sequens de remunerationibus & poenis per An-  
gelos à Deo administrandis; nihil enim multum abnorme circa id argumentum Origenes  
excogitavit. Quoniam tamen cum superiore disputatione coharet eius tractatio, & pecu-  
liare nonnihil habet Adamantius; idcirco ipsam quoque leviter attingemus. Homilia ita-  
que in Ieremiam secunda (juxta ordinem in Latinis editionibus vulgo servatum) triplici-  
ter hominibus, quae promeriti sunt, Deum retribuere ostendit, primum per se, secundum  
illud Ierem. 51. 6. *Vicipindinem ipse terribet ei*; deinde per malos Angelos, secundum illud  
Psalm. 77. 49. *Misti in eos iram indignationis tuae, indignationem, & iram, & tribulationem, im-*  
*missionem per Angelos malos*; nonnumquam etiam per bonos, cujusmodi multa in Scripturis  
reperiri dicit: ac leviora quidem crimina ministris suis vindicanda Deum permittere,  
ipsum

A ipsum vero graviore noxas uleisci. Fufe hoc argumentum libr. 8. contr. Cels. perfequitur; & quæcunque hominibus mala contingunt, Dei nutu & consilio à Dæmonibus imitti probat ex laudato Psalmi 77. loco; bona vero ab Angelis subministrari.

In quibus à magistro suo Platone non recessit; qui in Symposio Deos inter & homines medium quoddam constituit genus, & Dæmones appellat, interpretes utrorumque & fequestros; ἐπιμελοῦσας κὲ δὴα πορφυροῦσας θεοῖς τὰ παρ' αὐτῶν, κὲ ἀδελφοῖς τὰ πρὸς θεῶν. ἢ μὴ τὰς δέοσας κὲ θυσίας. ἢ δὲ τὰς ἐπιταξίας τὰ κὲ ἀμειβὰς ἢ θυσίας. Interpretantes & referentes Dÿs, qua mittuntur ab hominibus; & hominibus qua mittuntur à Dÿs; illorum quidem precesiones & sacrificia; horum vero mandata & sacrificiorum remunerationes. Quæ munia eadem Angelis tribuuntur, unde εὐαγγελιοὶ & ἀγγέλοι à Scriptoribus sacris appellantur, hoc est, internuntij. Plo-

B tinus autem Ennead. 3. libr. 4. cap. 6. postquam docuit animas in iudicium ab Angelis adduci, pœnas postmodum luentibus illis adesse subjunxit.

Origeni aditulantur, præter alios, Ambrosius & Hieronymus, quorum ille Epistol. libr. 5. Epist. 38. hæc scribit: An ipsos quoque Angelos, qui in istius mundi laboribus diversa sustinent ministeria, sicut in Apocalypsi legimus Iohannis, non ingemiscere credimus, cum adhibentur pœnarum & excidiorum ministri: qui habentes vitam æternam, mallent utique eam in illo superiore tranquillitatis sui statu currere, quam nostrorum peccatorum pœnis ultricibus interpellari. Hieronymus vero libr. 1. in cap. 7. Dan. Duplex autem Angelorum officium est; aliorum qui iustis præmia tribuunt, aliorum qui singulis præfunt cruciatibus.

XXXVI. Quoniam varia & parum constans Origenis de Angelorum invocatione videtur fuisse ratio, delibanda quoque à nobis ea quaestio est. Sic ille loquitur libr. 5. contr. Cels. Τούτοις δὴ ἀγγέλοις ἴσο τὸ ἔργον ἢ τῶν μεμαθωότες καλεῖν, δειλοτέρου ἢ ἡμεῶν, ἢ τὸ θεῖον ἔργον, κὲ θεῶν ἢ ἰσοεπίστατοι διομοιοῦσθαι χραισῖαι. ἀλλ' ἐγὼ ὅτι πρὸς τοὺς ἡμῶν τοῦ ἀγγελοῦστας, & πρὸς τοὺς ἡμῶν τὰ τῶν θεῶν σέβειν κὲ προσκυνεῖν αὐτοῖς ἢ θεῶν πάσαι μὴ γὰρ δέονται, & προσερχοῦν, & ἰντυξίαι, κὲ δὴα εὐχαισῖαι ἀναπνεύσασθαι τῶν ἐπιταξίας, ἢ τῶν πάντων ἀγγέλων ἀρχιερίως, ἐμφύχου δόξαι κὲ θεῶν. Quæ iterum deinde inculcat: unde omnis Angelorum præcidi videtur inuocatio. Sed non ita est; nam honores quidem ac preces Angelis adhiberi verat eas, quæ Deo uni conveniunt, nec adorari vel coli ipsos concedit, αὐτοῖς τῶν θεῶν, at certos quosdam iis exhiberi cultus, certasque fundi precesiones permittit, natura eorum creata convenientes, & diversi à superioribus generis: ἀπομυσοῦντο ἡμεῶν, inquit libr. 8. contr. Cels. κὲ μακροτέρου

D ἰσχυροτέρου ἢ τοῦ θεῶν τὰ χροῖσται τῶν ἡμῶν ἡμῶν. ἢ μὲν ἢ δεξιόθεν πρὸς θεῶν πρὸς τοῦ θεῶν διομοιοῦσθαι. Non precesionem ergo, sed precesionis modum damnat. Huius expositionis ipse fit fidei iussor, Operis ejusdem contra Celsum libro 8. in quo Celso respondens, qui quod Dei Filium Christiani colerent, colendos iis quoque ministros ejus, Dæmones nimirum censebat: εἰ μὴ ἔστιν, inquit, εἶδος τοῦ ἀληθῆος ὑπερέτας τῶν θεῶν μὴ τὸν μονοθεῖον τῶν θεῶν; ἢ γὰρ θεῶν, κὲ ἢ μακροτέρου, κὲ τῶν λοιπῶν ἀγγέλων, ἀρχιερίων, κὲ τῶν ἐπιταξίας τῶν θεῶν πρὸς τοὺς θεῶν. ἢ τῶν ἀπομυσοῦσθαι αὐτοῖς τῶν χροῖσται, & ἢ τῶν προσκυνεῖν ἀναπνεύσασθαι, εἰ ποτε αὐτοῖς ἢ τῶν πῶν, ὡς ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀγγελοῦσται, ἀπὸ ἡμεῶν ἀπὸ ἡμῶν νοῦσται. Vim loci huius frangere conati sunt Heterodoxi quidam nostrates, sed efficere tamen non potuerunt, quin aliquid θεοπραξίας genus Angelis concessisse Origenem ex his ipsius verbis ma-

E nifestum sit; eo nempe θεοπραξίας genere inferius, quod Deo soli exhibendum est. Frustra autem contendunt θεοπραξίας hanc, non de religiosa observantia & cultu esse intelligendam, cum hic nonnisi de religioso disputetur cultu, quem Celsus Dæmonibus itidem ut Deo præstandum esse assererat. Id ut significaret, utebatur voce θεοπραξίας. Respondet Origenes quoddam θεοπραξίας illius à Celso expressa, hoc est religiosi cultus genus Angelis quidem deberi, ea modo recte & legitime exhibeatur, & cultus ille à cultu Deo præstari solito caute distinguatur. Pari modo cum distingueret libro 5. oratione s Deo Patri offerendas ab iis quas offerri concedebat Filio, ut μυστήριον, no minis huius, oratio, proprium usum intelligi vult, & ab eiusdem abusu fecerni: πάσαι μὴ γὰρ δέονται, inquit, κὲ προσερχοῦν, κὲ ἰντυξίαι, κὲ δὴα εὐχαισῖαι ἀναπνεύσασθαι τῶν ἐπιταξίας, ἢ τῶν πάντων ἀγγέλων ἀρχιερίως ἐμφύχου δόξαι κὲ θεῶν. ἀπομυσοῦσθαι ἢ αὐτοῖς ἢ δόξου, κὲ ἐπιταξίας αὐτοῖς κὲ δὴα εὐχαισῖαι μὴ κὲ προσερχοῦσθαι δὲ, ἢ τῶν δυνάμεσται καὶ χροῖσται ἢ ἀπὸ προσερχοῦσθαι κυριότησται κὲ κατὰ χροῖσται. Eadem cautione cultum, & preces Deo Patri offerendas, à precibus Filio allegandis discerni jubet, & à cultu Angelis exhibendo. Atqui Filium orari concedit, modo tanquam μυστήριον, & inferiori precesionis genere invocetur ac Pater; hæc enim fuit ipsius infania: idem igitur de precibus & cultu Angelis exhibendo sensisse ipsum concludendum est. At sine ambage Angelum prece veneratur Hom. 1. in Ezech. Omnia, inquit, Angelis plena sunt. Veni Angele: suscipe sermone conversam ab errore pristina, à doctrina Dæmoniorum, ab iniquitate in altum loquente: suscipiens eum quasi medicus bonus conforse atque insitue; parvulus est, hodie nascitur senex repuerascens: & suscipe tribuens ei baptismum secunda regenerationis, & advoca tibi alios socios ministerij tui, ut cuncti pariter

